



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

425. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

nistro quamcunque violentiam vel oppressio-  
nem aut exactionem patiantur; sed liceat eis  
conductum suum quærere, donec pace reddita  
aut ipsi redeant ad loca sua, aut seniores illo-  
rum eos recipiant. Nullus autem eos inservire  
presumat, eò quòd loco mercenarij apud ali-  
quem manserint, nec censum aut tributum  
exigere. Quòd si inventus fuerit ex reipublicæ  
ministriis aut alius quilibet contra hoc pietatis  
præceptum facere aut fecisse, bannum no-  
strum exinde componat.

Unde suprâ.

CCCCXXV. Pervenit ad aures sacer-  
dotum quòd profugi, qui paganorum manus  
omnibus bonis amissis vix evaserunt, in regio-  
nibus nostris à quibusdam injustè oppriman-  
tur, & in servitum redigantur contra divinas  
humanasque leges, cum Dominus per Pro-  
phetam dicat: *Advenæ ne feceritis calumniam* Hierem. 7.  
*in loco hoc, & habitabo vobiscum.* Et iterum:  
*Advenam non contristabis.* & multa his similia. Exod. 22.  
Tales igitur severiter corripiendi sunt, & de  
manibus eorum advenæ eruendi, juxta quod  
scriptum est: *Eripiens inopem de manu fortioris* Psal. 34.  
*ejus &c.* Nam advenæ apud fratres suos, id  
est, Christianos, mercenarij debent esse, non  
servi. Si autem in servitum redigantur, quid  
illis profuit paganorum manus effugisse, cum  
captivitatis jugum & duræ servitutis non effu-  
gerint? Et ideo contra hanc crudelitatem sa-  
cerdotum debet pietas decertare, ne pro tam  
immani malitia ira divina populum Christia-  
num consumat.

A a ij